

*Schwarzer loste.*

De 715







506



DE  
LINGUA ARABICA VERBORUM  
PLURILITTERORUM DERIVATIONE.

DISSERTATIO  
INAUGURALIS PHILOLOGICA  
QUAM  
CONSENSU ET AUCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS  
IN  
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE  
**FRIDERICA GUILELMA**  
AD  
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
RITE CAPESSENDOS  
DIE XIV. M. FEBRUARII A MDCCCLIV.  
H. L. Q. S.  
PUBLICE DEFENDET  
AUCTOR  
**FRIDERICUS GUILELMUS SCHWARZLOSE.**

- OPPONENTIBUS:  
1. A. JAUSEL, phil. Dr.  
2. H. DINGLER, phil. cand.  
3. B. TIETZ, stud. jur. et cam.

**BEROLINI,**  
TYPIS TROWITZSCHII ET FILII.

506!



HV201  
PRAECEPTORI

OPTIMO, BENEVOLENTISSIMO,

HENRICO ORTHOBIO FLEISCHER

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DÖCTORI, LITTERARUM  
ORIENTALIUM PROFESSORI ORDINARIO LIPSIENSI,

HASCE

PREVELEPOTRI  
AUSECALEONTSSITO

PAGELAS

GRATO ANIMO

THEOLOGIE ET PHILOSOPHIE DOCTORALIS  
ORATIONE PROFESSORI ORBIAVIO IPSICAVI

OFFERT

AUCTOR.



Cum ex eo quod de plurilitteris usque ad hoc tempus dictum est, non satis dilucide appareat quantum in lingua valeant, de eis quatenus verba strictiore sensu sunt, accuratius agere propositionem habeo.

Omnium linguarum Semiticarum est Arabica si plurilitterorum derivatio tractanda est, ad hanc cognoscendam aptissima nam sicut omnino verborum ita plurilitterorum est copiosissima: quae copia ad judicium recte formandum necessaria est, cum ut solum plurimis speciebus genus ita plurimis exemplis regula definiri possit.

Cum in hac quaestione magni momenti sit, sententiam cui ego assentior, de verborum radicibus linguae Arabicae veram demonstrasse, paucis verbis eam contendere conabor. Sententia est haec: biliteras esse illas radices, et in tribus

hisce rebus est posita. 1. Quoniam radices linguae cuiusque factae solum, non vera verba existunt, in Arabico trilitteris quae sane verba inveniuntur, omissis usque ad combinationes biliteras redeundum est. 2. Ea trilittera verba quae mediae geminatae sunt, formatione ad bilitteras radices animum attendunt, ex quibus secunda radicali repetita derivata sint. 3. Profecto multis exemplis ex singularibus complurium duobus radicalibus consonantium trilitterorum significationibus generalis cuius illae omnes participes sunt, deduci potest. Generalis illa significatio radicibus quae duobus illis radicalibus continentur, tribuenda est. Quam facilius exquirendam adjuvant verba mediae geminatae quae directissime derivata sensu radicibus maxime appropinquasse videantur. Exempla hujus rei sint: Verba فَقَرَّ „aperuit, disjunxit” قَنَقَ „diffidit, rupit” فَقَحَ „oculos aperuit, floruit” فَقَرَ „fodit” فَقَهَ „confregit” فَقَهَ „intellexit, sapiens fuit”, quibus radicales ف et ق communes sunt, omnia significationis „hiare” participia sunt. Deinde verba قَطَّ „per longum secuit” قَطَّبَ „dissecuit” قَطَّبَ „effecit ut stillatim flueret” قَطَّعَ „amputavit, abrupit” قَطَّافَ „decerpsit, scabit” قَطَّمَ „momordit”, quibus duae radicales ق et ط eaedem sunt, omnia sensu

„secare” continentur. Inde igitur summo jure radices „hiare” et قط „secare” deduci possunt. Cum igitur verborum radices bilitterae sint, ex iis primum fere trilittera verba prodierunt. Unde factum est, ut grammatici nostri saepe ea quae plures radicales habent, nullo discrimine plurilittera appellarent. Qua significatione indicatum esse videretur, omnia haec verba non e radice orta esse. Ita tamen res se non habet, sed nonnulla plurilittera e radice derivata sunt. Itaque in verba e radice derivata et non e radice derivata dividi possunt. Cum illa ut trilittera omnibus litteris adhibitis quae linguae sese praebuerunt, orta sint, haec parte quadam earum adhibita formata sunt. Cujus in primis gutturales et liquidae sunt. — Ad plurilittera derivanda lingua non solum verbis sed etiam nominibus est usata. Quare facultatem verborum formandorum usque ad extremum tempus sibi servare potest, cum ad formationem e nomine faciendam minore tantum vi opus sit. At non solum unum verbum sed etiam plura atque adeo sententiae adhibitae sunt, ut verba plurilittera orirentur. Quare oratio magnam brevitatem adipisci potuit.

Litteris lingua usa est augmentis, ut verba

de quibus agitur, et ex radice et ex aliis verbis formaret. Quam varie id egerit, inde poterit intelligi, quod litteris additis, insertis, praepositis, deinde permutatis, transpositis, tum extinctis effecit. In derivatione ex nomine facta saepe sola vocalisatione mutata verba nacta est.

Si quaeritur quomodo sensu derivatum verbo primitivo se adjunxerit, respondendum est: id cum in verbo plerumque sensus primitivus in diversas partes abire solitus esset, aut unam hujus partem aut plures conjunctas depropmsisse. Saepe autem transitus ille non sine alia commutatione factus est. Hac deductione sequitur ut quo longius verbum a radice fuerit, eo magis definitum sensum in se contulerit. Ubi vero sensus verbi primitivi in diversas partes non abiit, neque in derivato magis definitus est, discrimin evenit affirmatione, quam sensus derivati adeptus est. Quam rem commentatores Arabici adnotant qui quoties verbo plurilittero quod ipsis occurrit, aliquid addunt, vim litterae additae affirmationem esse dicunt.

Haec de formatione et sensu transitu praemissa ut accuratius agam et exemplis affirmem, genera derivationis deinceps contemplar.

Itaque videamus.

I. Derivata ex verbis.

Si de derivatione ejusmodi agendum est, et bilitterarum radicum et verborum trilitterorum et plurilitterorum ratio habenda est. Qui tres ordines nova plurilittera formare potuerunt. Quae si solis ex trilitteris formata esse putares, in errore versareris. Nam quod interdum ad radices ex quadrilitteris ipsis directe redeamus necesse est, summo argumento sunt verba reduplicatione orta ut ~~admodum~~ quae alio modo existere non potuerunt. Ac quod ad quadrilittera attinet, facile cognoscitur, eandem rationem qua haec ab illis quae tribus radicalibus continentur, formata essent, ad ea referri potuisse ita ut nova derivata ex eis crearentur. Lingua ipsa tamen verba plures quam sex radicales continentia non praebet.

Primum contemplemur verba

quae ex bilitteris radicibus derivata sunt. Duplex qua orta sunt, ratio est: duplicatio radicis aut augmentum litterarum. Interdum quoque duae hae rationes in eodem verbo sunt quasi conjunctae.

Verba duplicatione orta altera sunt onomatopoetica altera non sunt. Illa radice brevissima

repetita naturae sonum imitantur. Vide: غرغر „gargarizavit”, بسبس „dixit bah bah”, بسبس „dixit ut oves advenirent” بقیق „bombum edidit amphora, dum affatim ex ore angustiore efflueret aqua”. Sed saepe hac prima significatione omissa in tropicam abierunt. In verbo دمدم ut hoc utar, si quis sonum respexerit, id onomatopoeticum idem atque in nostro sermone „dämmen” significare putabit. Quae quidem significatio in lingua antiqua non versata in tropicam „supprimendi” abiit, etiamsi in recentiore restituta est. Hoc ipso exemplo satis appareat, quomodo illa significatio primitiva mutata sit. Confer ex aliis etiam verbum بسبس „dixit bah bah” deinde „raucus fuit” quum hic naturae sonus raucae voci respondeat. ت ق „extulit litteram Ta” deinde „in hac littera efferenda mansit, lingua impeditus fuit.” Sed etiam hoc nobis animadvertisendum est. Sicut onomatopoetica diligenter contemplantes nos saepissime actionem repetitam significare invenimus, ut بسبس „dixit بس donec oves sono obedirent”, ita ea verba quae eodem modo formata tropicum sensum nacta sunt: idquod docet permutationem et radicis et sensus magis quam putes inter sese conjunctam esse.

Vertamus nos ad ea verba quae litterarum augmento ex bilittera radice exorta sunt, idquod insertis vel postpositis litteris fieri potuit. Inter haec una species praecipue est commemoranda. Cujus sunt ea quadrilittera quibus vis fuit producendi verba non solum quae plures, sed etiam quae minores radicales habent, ita ut gradum quem transgressa erant, verbis ex se ortis replerent. Hac in re opinio ea quadrilittera ex trilitteris augmentatione orta esse refutanda est, cum illa sensum magis generalem quam haec amplectantur, itaque haec ab illis profecta sint necesse sit. Repellenda est etiam altera illa opinio secundum quam haec verba trilitterorum duorum dissolutorum partibus conjunctis formata fuerint. **gii** Quis enim inveniri poterit qui talem rem exemplis vel hac vel illa ex lingua depromptis adjuvet. Exempla sint: primum شعل quod verbum in secunda solum formaliter usitatum „dispergere” significans et radice شع, cui sensus est „spargere”, ortum duo trilittera شعل et شمع formavit. Quorum illius significatio est effectum quadrilitteri „dispersa” colligit, comprehendit”, hujus in intransitivam „dispersus fuit” et in tropicam „lusit, jocavit” transiit. Deinde بخش radicis بث actionem „sepa-



randi" significantis ex qua prodiit, sensum servavit, cum derivatorum trilitterorum alterum بحث actionem „quaerendi", alterum حرك "statum quo extra nos prae gaudio rapti sumus" exprimat. Tum حرك radicis حرك actionem „commovendi, concutiendi" significat. Ex quo verbo alterum trilitterum حرك "percussit", alterum حرك "aravit" deprompta sunt. His exemplis perspicitur, ea trilittera solis quadrilitteris auctoribus formari potuisse, cum etiamsi radici respondentem sensum tamen ea alienam formam adipiscerentur. Confer in postremo exemplo حرك quod verbum sensu non radicalibus radici حرك respondet. Solo quadrilitteri حرك auxilio explicari potest. Deinde intelligitur litterarum adjunctarum non semper utramque radici postpositam sed etiam vel utramque vel alteram insertam esse. Quae tamen res in litterarum qualitate qua ad transpositionem propensae sint, posita est. — Praeter haec speciei cuius mentionem modo feci, verba alia sunt quae eadem ratione orta trilittera ex sese non effecerunt, nisi id obscuris tantum argumentis probari potest. Vide verbum شعحر „effudit" e radice حرك ortum, cui derivata trilittera desunt.

Denique aliud quadrilitterorum genus dignum

est cuius hoc loco mentio fiat, quod ambas quas commemoravi, oriundi rationes in sese, ut ita dicam, contulit. Sunt haec quae reduplicatione non plane perfecta solam primam radicalem repetendo loco secundae aliam litteram radici addiderunt. Cum autem trilittera sint quae prima radicali repetita exstiterunt, illa putemus ex his augmento esse profecta. Sed si trilittera hujus formae non reperiuntur, licet quadrilittera de quibus agitur, e radice exorta esse arbitremur. Eorum sunt verbum درب „volvit” e radice درب, وحشی „assuefactus fuit” e radice وحشی transpositis litteris ortum aliaque.

Derivatione quae e radice facta est, perfecta eam  
 quae trilitteris efficitur, tractemus. Hoc loco primum formationum reminiscamur quae fere cuique verbo propriae fuerunt, quibus usque ad quattuor quinque sex radicales verbum crevit. Idcirco cum tamquam ex omnibus trilitteris prodiissent, in certum ordinem a grammaticis redactae sunt, atque ita, si verbo فعل paradigmate utor, sese excipiunt. Quadrilit-

terae formae sunt: secunda فعل tertia فاعل quarta فاعل quinquelitterae: quinta تفاعل sexta تفاعل septima اتفعل octava اتفعل nona; sexlitterae: decima اتفعل undecima استفعلن. Sed adnotandum est non omnes has formationes, sed solum secundam, tertiam, quartam, septimam, octavam, nonam immediate ex trilittera stirpe ortas esse, cum quinta secundae, sexta tertiae, decima quartae, undecima nonae se adjungeret. — Quod ad formam attinet, his derivationibus cognoscitur, quomodo lingua trilitterum in quadrilitterum et quod sequitur, commutaverit. Factum est reduplicata littera ut in secunda, inserta ut in tertia, praeposita ut in quarta, postposita ut in nona forma. — Quod ad significationis permutationem attinet, magno momento est quod haec in illis quas nominavi, formis nobis nota est. Idquod fieri potuit, cum constanti et frequenti repetitione formarum is qui contemplabatur, transitum alias in aliud sensum invenire et regulare posset. Qui sint transitus, inter omnes haud ita linguae Arabicae imperitos constat. — Tamen non solum illas formationes sed etiam alias aliis augmentis lingua excoluit. In quibus, cum non regulatim, sed hic illic sese repetant, significationis modificatae ratio non semper

satis appareat. Sunt autem earum quae hac in re ad unam illarum derivationum constantium referri possint, ita ut interdum quasi alterae formae usitatae esse videantur.

Derivationis rationum quas supra vidimus, ea prima tractanda est quae insertis litteris verba explanavit. Ejusmodi litterae sunt gutturales ء، ئ، ئ، liquidae ؤ، ئ، ئ، labiales ب، د، و.

Cum omnes gutturales quibus insertis quadrilittera exorta sunt, tum maxime Hamza infirma est littera. Quo fit, ut significationis permutatio parva sit atque obscura. Hamza inserta invenitur in لَسِتْ „lusit” verbo orto ex لَسْ, cui idem fuit sensus, in فَلَّاْصِنْ „fugit” ex فَلَّاصْ ejusdem s. Saepissime autem invenitur in verbis quae quartam modo formam quadrilitteri افْعَالْ usitatam habent. Quibus cum saepe idem sensus sit ac formae undecimae trilitteri افْعَالْ, ex hac orta haberri possunt. Sed opponendum est quod Hamza quidem in Elif productionis, Elif in Hamzam non diminuitur. Idquod multis exemplis lingua docet. Contra videantur illae quadrilitteri formae Hamza in Elif productionis mutata undecimis trilitterorum similes factae itaque in earum numerum relatae esse, quamquam interdum sensus ex qua-

drilittero depromptus magis alienus erat, quam quem undecima forma comprehendisset. Argumento hujus rei sint: اخْصَائِلَّ quale forma in خَصْلَهُ abiit, itaque undecima verbi خَصْلَهُ habita est. Quare sensus quoque „multis foliis praedita fuit (arbor)”, etiamsi trilitterae stirpi cui sensus „magis alienus” respondeat, magis alienus, illi formae tributus est. اثْنَرَبْبَرْ شَرَبْ „collum protendit ad rem” ortum ex شَرَبْ „bibit”. Qui transitus eo explicari potest, quod animalia ad bibendum collum protendunt. اصْمَائِلَّ „valde dura f. res” ex صَمَدْ „durus f.” اكْلَازْ „contractus f.” ex كَلَزْ „contraxit”. — In formis ejusmodi gutturalis وَ quoque inserta invenitur. Vide: اقْلَعَدْ „multum crispus f. (de crine)” ex قَلَدْ „torsit”, ارْمَعَدْ „celeriter incessit” ex رَمَدْ ej. s., اصْمَعَدْ „cito ivit, abivit” ex صَمَدْ „contendit ad aliq. At etiam verba primae formae occurunt, ut بَعْتَقْ „effusa f. (aqua) ex piscina per ruptam ejus partem” ex بَعْنَسْ ej. s. بَنْقْ „vilos abjectusque evasit famulatu aliave re (vir)” ex بَنْسْ „effugit malum”. جَلَعَدْ „prostravit” ex جَلَدْ ej. s. — Tum littera وَ eodem modo est inserta. Idquod exempla ut primae formae جَمِيرْ „collegit” ex جَمَرْ ej. s. دَلَبَثْ „celer f.” ex دَلَبَثْ „contractis incessit passibus”, quartae دَنَهَرْ „den-

sae nigraeque fuerunt (tenebrae)" ex دَمْ "valde niger f." docent.

Liquidae plus quam gutturales illae valent. Verba igitur iis insertis orta sensum affirmatum verbi a quo derivabantur, nacta sunt, ita ut eorum aliquanta sint quae secundae trilitteri formae respondeant. Unde putari potest tale quadrilitterum ex ea reduplicata littera in liquidam mutata ortum esse. Sunt tamen etiam verba quae sensum aliter mutantum e trilittero exceperint. Liquidae etiamsi saepe, at non semper post primam radicalem locum tenent, quarum transpositio facile fieri potuerit. Vide exemplorum litterae insertae: فَرَحَجٌ „divaricavit pedes" idem quod فَرَّقٌ „junctos digitos celeriter dimovit et sic crepitum excitavit" i. q. فَرَطَحٌ „dissecuit in longum" i. q. شَعْبٌ عَرْقَدٌ „contorsit vehementer funem" plus valet quam فَرَصَمٌ „fregit et amputavit" plus quam اخْرَمَصٌ درمك „cucurrit" pl. q. فَصَمٌ اخْرَنَصٌ tertia quadrilitteri forma, sensum suum „siluit" e stirpe خَمْصٌ „sedatus f." deprompsit. — Litteram Lam vide insertam in: سَلَقَدٌ „gracilem reddidit (equum)" i. q. فَلَطَحٌ سَقَدٌ „latum effecit" i. q. بَلَقَعٌ فَطَحٌ „inculta et inhabitata f."

regio" ex بقع „deserta evasit r.” حذلم „asciendo aptavit, acuit (lignum)” ex حذم „secuit”. ارغلد ارغنلد pro „bonis opibusque in vita abundavit” سطح plus valet quam amplus est” ex اسلنطح „expandit”. — Litteram خبس vide insertam in خبس „praedam divisit” ex خبس „p. cepit”. شتر „lace-ravit vestem” ex شتر „dissecuit”. فناخر gloria se jactavit inani” ex فخر „se jactavit”. كنثا „prolixa et magna f. (barba)” ex كنثا „luxuriavit b.”

Idem quod liquidae, valent labiales insertae. Vide litteram دعطف insertam in: دعطف „mactavit” plus quam قلقي. دعطف „celeriter incessit” pl. q. قلقي. صقر. صقر „valde acidum f. lac” pl. q. قلقي. blanditus f.” ex قلقي „disertus f. (de lingua)”. لخبط Litteram ب insertam in: شرق „dissecuit” i. q. شرق „omnino perverse egit rem” quod verbum transpositis litteris est ortum ex خلط. Restat littera و quae occurrit in formis آفوعل vel فوعل et آفعول quale interdum in numerum illarum constantium ducuntur, tamen illis multo rariores sunt. Forma altera tertia quadrilitteri littera س in و mutata ex آفعنول orta esse videtur. Quam permutationem in litteris و et ل jam invenimus. Pro formatione فيعمل فوعل quoque invenitur. Sensus etiam in his verbis saepius trilitteri formae

secundae, interdum vero tertiae sese adjunxit.  
 Vide: تويل „condivit (ollam)” sensui III. f. verbi  
 قبيل se adjunxit. سوچار pro quo et سبظر dicitur,  
 „praefectus f.” i. q. عودق. immisit in  
 receptaculum aquae manum” i. q. حوصل. عدق plus  
 quam حمل „portavit”. دحمل „pacem fecit inter ho-  
 mines” pl. q. دمل. عيجه „levis, inconstans f.” ex  
 حمل „scortatus f.”

De liquidis et labialibus insertis adhuc adnotandum est, fere si quae liquidarum jam inter radicales verbi primitivi esset, non alteram liquidam, vel si quae labialium jam in stirpe esset, non alteram labiale insertam esse. Contra labialis in stirpem jam liquidam continentem, liquida in stirpem jam labiale continentem est inserta.

Insertione peracta adjunctas contemplemur litteras. Quarum sunt gutturales ئ، liquidae ر، ن، ق، ل، م، پ، ب، ئ، quibus adde س، labiales ئ، ب، م، praeterea ي quae locum Wawi occupavit.

Inter verba hujusmodi, cum etiam affirmatum sensum verbi primitivi amplectantur, tamen non ex secunda trilitteri forma derivata inveniuntur. Nam litterae insertio ut secundae illi formae ita omnibus quae ei respondent, omnino propria est. Nonnulla aliter mutatum sensum in se contulerunt.

Ut incipiam a gutturalibus additis, nonnulla statuam exempla quae quod contendi, affirment. Quem ad finem vide: **جعْبَأً**, „humi prostravit” plus valet quam **دَحْبَأً**. **جعْبَأً**, „subegit puellam” pl. q. **دَحْبَأً**, „percussit hasta” pl. q. **سَلْقَأً**, **دَحْبَأً**, „cabavat (gallina)” pl. q. **أَحْرَذَأً**, **قَالَقَأً**, „paratus f. ad iram et ad bellum inferendum” ex verbo **حَرَبٌ** quod sensus „ira percitus est, bellum gessit” habet. In illo duae hae significations sunt quasi conjunctae. **صَلْمَعُ**, „evulsit, rasit” pl. q. **خَبِيرَعُ**, **صَلْمَعُ**, „detulit, obtructavit” ex **خَبِيرُ**, „expertus f.” Deinde vide liquidas adjunctas in: **جَعْبَرُ**, „humi prostravit” pl. q. **فَعْطَلُ**, **بَعْكَرُ**, „amputavit gladio” pl. q. **فَعْطَلُ**, **غَمْجَرُ**, „prostravit aliq.” pl. q. **فَعْطَلُ**, **غَمْجَرُ**, „continuo sorpsit” pl. q. **فَعْطَلُ**, **جَعْظَرُ**, „fugit, tergum vertit” ex **بَرْقَلُ**, **فَعْطَلُ**, „repulit”. **فَعْطَلُ**, „prostravit” pl. q. **فَحَزْنُ**, „fulminavit absque pluvia” pl. q. **جَعْفَلُ**, **بَوْقَ**, „ex ephippio dejicit confossum” quod verbum sensum magis generalem verbi **جَعْفَ**, „pro-jecit-stravit” ad certam rem adhibuit”. **فَحَزْنُ**, „percussit aliq.” pl. q. **شَغْرَنُ**, „pedem pedi alicujus implicans prostravit” pl. q. **شَغْرَنُ**, **رَجَحْنَى**, „inclinavit in unum latus et rursus in alterum elatus f. (de libra)” ex **رَجَعُ**, „praeponderavit l.” Litteram **س** vide adjunctam in: **خَلْبَسُ**, „deliciosis verbis decepit aliq.”

pl. q. „superbia se extulit super aequales” pl. q. „corpus durum habuit” ex „dure tractavit”. Tum vide exempla verborum, quae labialibus adjunctis orta sunt: خذع بـ „dissecuit” pl. q. خذع جـ „babit aquam” pl. q. حـ „humi prostravit” pl. q. حـ „praecidit alicui guttur” pl. q. Huc accedunt exempla litterae ى insertae: بـ „praecidit” pl. q. جـ „humи prostravit” pl. q. شـ „olfecit” pl. q. شـ درـ „immisit aliq. in rem ingratam” ex درـ „pravo statu f.” cum sensus paullulum mutatus in causativum transierit. Sed haec hactenus.

Quadrilitterorum quae litteris insertis vel additis ex trilitteris sunt orta, genus peculiare sunt verba repetita radicali formata. Cum si verbo فعل paradigmate utor, de formationibus et فعل jam supra dixerim, hoc loco solum de فعل which are found, tractandum est. Altera فعل reduplicatione tertiae radicalis est orta. Exemplorum vide: شـ „dactylis spoliavit” ex شـ ej. s. اـ „crassus f.” ex كلـ „congessit, accumulavit” تـ „pinguescere coepit” ex معـ, edit, voravit”. Altera forma, secunda radicali in extremo verbi repetita, exstitit, cuius vide exempla: تـ „su-

perbivit" quod verbum tropicum sensum verbi حرب  
 „tumuit" nactum est. غطّم „aestuavit (de mari)"  
 ex stirpe غطّم. — Liceat hoc loco addam, quo-  
 modo res se in formatione ششقل habeat. Dubitari  
 enim potest, utrum prima radicali repetita an littera  
 ﷺ praefixa facta sit. Prima tamen opinio refutanda  
 est, cum primam radicalem tali modo repetitam  
 esse aliis exemplis affirmari non possit. Contra  
 littera ش primae radicalis causa in hoc verbo ex  
 littera س quae aliis quoque verbis praefixa inve-  
 nitur, orta esse videtur. Verbum ششقل „adulteravit  
 nummum" ex سقل „trutinavit n." ortum est.

Superest litterarum praepositio qua trilittera  
 usque ad quattuor radicales creverunt. Eam revera  
 inveniri contendendum est, cum prima radicalis talis  
 quadrilitteri neque in radice neque in trilittero ad  
 quod hoc referri possit, inveniatur. Facta est his  
 litteris: ب, ج, ح, ئ, و. Litteram ب etiam alias  
 praefixam esse lingua recentior exemplis docet. In  
 qua futuro quod alias littera ئ incipit, littera ب  
 praeponitur, ita ut يباكل pro يباكل dicatur. Hac ex re  
 conjicias, hanc litteram praecipue aptam fuisse ad  
 pronuntiationem faciliorem reddendam. Lingualet  
 ش quae hoc loco in و abiit, et و jam supra litteras  
 prosteticas cognovimus. Gutturales eodem modo

inveniri mirum non est. Exempla sint: بحث بشن „congregatus f.” ex حبس „collegit” radicis برمخ . حب „superbivit” ex زم ej. s. rad. برتقط . زم زمخ mansit neque ex ea se movit” ex رشط ej. s. rad. رشط . دعدم „diruit” ex عدم ej. s. rad. هد . اسلحبت „recta, extensa f. via” ex نحب „magnam, patentem reddidit viam” rad. حطر . خ „implevit utrem” ex مطر ej. s. rad. مطر . مط „deglutivit” ex لقم ej. s. rad. لق .

Postquam derivationem ex trilitteris factam peregi, quadrilittera quam facultatem nova verba formandi habuerint, videam.

#### Derivata ex quadrilitteris.

Hoc loco primum transitus unius litterae in alium multum valent, cum iis nova quadrilittera producta sint. Quae res etiamsi in aliis quoque verbis nobis occurrit, tamen hoc loco demum commemoranda est, cum ea ex solis quadrilitteris nova quadrilittera orta sint. Quorum formationem persequi mihi propositum est. Verba hujusmodi, cum vocabili modo commutatione exstiterint, sensum plerumque non mutarunt. Ubi vero sensus abiit, loquendi usu novo verbo postea tributo perspicitur. — Priusquam exempla afferam, litteras quae mutantur, praeponam. In duas partes dividuntur. Quarum altera

permutationem intra magis similium consonantium fines factam, altera illarum fines egredientem complectitur. Illius partis sunt frequentissimi transitus litterarum ح و غ و ع و خ quale omnes gutturales nominantur. Exemplorum e. g. vide haec: اخْصَائِلْ est permutatione litterae خ in غ facta ex verbo اخْصَائِلْ oratum. Utriusque significatio eadem est quae in radice، non in غ originem suam habet. تارِض legitur pro عرض non cum عرض sed cum بعتر et بخبيه sensu congruit. بخبيه „raucus f.” pro dispersit“ pro اتَّهَلْ. بختر „longus, durus f.” pro اتَّهَلْ. حذلم“ properavit” pro خذلم. Eodem modo etiam linguaes et dentales inter sese permutationes locum habere siverunt. Vide: اتَّهَلْ pro „durus f.” خنديٰ اتَّهَلْ pro „ignominiae exposuit, diffamavit” pro دخنچه „turpiter locutus est”. دخنچه pro „antrorum et retrorsum ivit vir” pro ارمعل“ ارمعن“ manarunt lacrymae” pro دعلج اسمعط“ زلدب“ deglutivit” pro زردب“ ira impletus f.” سغيل“ oleo inunxit caput” pro اس معد“ صغيل“. — Deinde labialium alia aliis locum tenuit. Confer ادرعف“ celeriter processit nullius rei rationem habens cam.” pro عسف“ ادرعف“ flere non potuit oculus” pro اطفان“ عسف“ plana f. terra” pro قرمط“ brevibus passibus incessit” pro اطمأن“ قرمط“ . اکوهد“ caput sustulit pullus avis” pro اکوهد“ . —

Alterius partis permutationum prima nominanda est ea qua gutturales in litteras ق et ك transierunt. Exemplum sit: ابذر "dispersus f." pro ابذر. Quae litterae etiam inter sese mutatae sunt, ut قطط "constrinxit vinculo utrem" pro كمنتر. Deinde littera ئ saepe in تسلون, abiit, ita تسلان "modo ab hoc modo ab illo latere invasit aliq." pro تسلان. Tum littera ش in ف abiit. Idquod etiamsi in primo nos miratione quadam afficere possit, tamen etiam ab aliis linguis non alienum est. Argumento sit inter alia permutatio „Theodori” in „Feodorum” facta. Ex Arabico vide: اغرنچ „superne acidus f. (de pelle)” pro اشنبچ. — Ex eo quod modo retuli, intelligitur, hoc modo multa nova verba exsistere potuisse. Adhuc adjungam verba quae ex trilitterorum formationibus ita orta esse videantur, ut illam derivationem extinguerent. Hoc factum est aut litteris permutatis, ut عهد „libere pastum dimisit” ex IV. f. verbi بدل „vinculum solvit, permisit quod vellet”, aut per contractionem et syncopen. Quae nemo dubitare potest, quin in verbis trilitteris littera ش incipientibus quae ex octavis formis verborum primae derivata sunt, inveniantur. Confer: طتم „foetuit aqua musco obducta” transpositione et con-

tractione ort. ex VIII. f. verbi تَبْرِكَ . ظُرْمَدٌ „constitit in loco” per syncopen ort. ex V. f. verbi بِرَكَ . — Huc accedunt verba transpositis litteris orta, quae sunt ejusmodi, ut gutturalem vel liquidam radicalem habeant, ut لَهْلَهٰ „leviter texuit pannum” pro حَلْفٍ . عَلْهَلٍ „removit” pro زَحْفٍ . بَلْعَكٍ „peragravit terram” pro ظَهَلَبٍ „secuit” pro عَفَلَظٍ . مَيْسَقٍ „mischuit” pro عَفَلَظٍ . بَلْكَعٍ

Restat ut quadrilitterorum formationes quibus usque ad quinque, sex radicales creverunt, nominentur. Harum sunt tres. Quae si verbo فعل paradigmate utor, ita sese excipiunt. Secunda forma est تَفْعِلٌ, tertia اَفْعَلَلٌ, quarta اَفْعَلَلٌ. Quarum cum augmento litterarum, tum sensu secunda trilitteri quintae, tertia septimae, quarta undecimae similis est. Secundae enim semper sensus est: se aliquid gerere, facere, aliquid factum esse, tertiae: in aliquo statu versari, quartae: qualitatem, statum intensiorem habere. Quarum formationum nulla plures quam sex radicales habet, ita ut modum, quem egredi noluit, lingua sibi posuisse videatur. Eis quae a quoque verbo formari potuerunt, cum plurilitterum jam usque ad sex radicales accresceret, nunquam in prima forma plures quam quattuor radicales habere potuit.

Facultate verba de quibus agitur, formandi  
in verbis perspecta nunc transeamus.

II. ad derivata ex nominibus.

Nomine hoc loco id quo praeter verbum atque particulam lingua instructa est, complector. Si quaeritur, quid discriminis sit inter derivata ex verbis et derivata ex nominibus: respondendum est illa priore tempore quam haec orta esse. Nam ad illam derivationem majore vi quae linguae in priore tantum tempore inest, quam ad hanc opus fuit. Quae res in vivacitate verbi atque in constantia nominis posita est. — Utrum quadrilitterum ex verbo vel ex nomine sit derivatum, significatione cognoscas.

Primum de hac derivatione adnotandum est, linguam in formatione omnes quas dixi, rationes adhibere potuisse, quibus nominum radicales si tres erant, in quattuor augeret. Quo facto haec vocalisatione mutata in verba mutavit. Ac præterea quavis transpositione et permutatione usus est. Has rationes de quibus jam satis dixerim, transgrediens hoc capite ostendam, quam copiam verborum lingua ex nominibus efficere potuerit. Eandemque etiam majorem, cum saepe quodcum-

que aliis ex linguis ei occurrit, hunc in finem sibi accommodaret.

Significationis transitus hoc loco facilius intelligi potest, cum nominum sensus propter constantiam in angustioribus quam verborum finibus versatur. Si regulam quandam de eo proponere velim, haec est: Forma verbi quadrilitteri prima significat: id esse, habere vel aliquo modo conjunctum esse cum eo quod nomen indicat, secunda: id se gerere, facere, factum esse vel appropinquare ei quod nomen indicat. Sed non solum hae formae adhibitae sunt, sed etiam loco primae verbi trilitteri secunda, quarta vel nona, loco secundae quinta vel decima. Quae saepissime ex eis nominibus quae tres tantum radicales amplectuntur, formatae sunt. Hoc modo ex multis terminis grammaticis verba secundae formae quae eis respondent, orta sunt. Haec excursione vitata orationem facilem reddiderunt. Argumento sint verba نَكْرٌ „indeterminatum efficit nomen” ex نَكْرٌ . نُونٌ „littera Nun afficit” aliaque multa. Aliorum nominum quae eodem modo in verba mutata sunt, exempla sint: أَحَدٌ „unum esse dixit” ex أَحَدٌ . أَزْرٌ „cinxit corpus tegumento أَزْرٌ appellato” ex nom. أَزْرٌ . أَزْجٌ „construxit aedificium generis


اَرْمَخْ اَرْجَ appellati" ex nom. اَرْجَ "dactylos immaturos" رِمْخَ appellatos tulit palma" ex nom. رِمْخَ اَعْنَطَ "produxit filium longum ex nom. اَعْنَطَ "longitudo". اَسْتَحْ "extensus fuit, dormivit" ex nom. اَسْتَحْ "extensus, longus". اَمْعَ "fuit" ex nom. اَمْعَ "imbecillis mente". تَحْكَنْ "prae obesitate in se plicatus f. venter" ex nom. عَكْنَةً. — His exemplis cognoscitur, in permutatione nominis in verbum facienda litteras quae nomini soli propriae additae sunt, ut feminini generis, omissas esse. Nomina verbalia tamen quae litera  $\alpha$  incipiunt, si in verba mutata sunt, saepe servarunt litteram praepositam. Eorum verborum vide: مُخْرَقْ "mendacia fixit" ex nom. verbi مُخْرَقْ خُرْقَ "nudatus incessit" e nomine خُلْعَ verbi تَمْدَهْنَ "cepit ampullam olei" ex nom. دَهْنَ ludibrio habitus est" ex nom. مَسْخَرَ verbi مَسْخَرَ سَخْرَ مُسْلِمَ "appellatus f. مُسْلِمَ" ex nom. مُسْلِمَ verbi مُسْلِمَ سَلْمَ.

Postquam his nominum generibus praepositis, cuius rei forma in hac derivatione ratio habenda sit, ostendi: nunc etiam alia genera distinguam, ut cognoscatur, quomodo transitus significationis pro sensu nominis, etiamsi sub

Bibliothek der  
Deutschen  
Morgenländischen  
Gesellschaft



regulam quam dedi, generaliter redigi possit, mutatus sit. — Ex nominibus quae familiam quandam indicant, verba derivata sunt quae in formâ quadrilitteri secunda sensum „originem ab ea familia ducere” amplectuntur, ut تبختر „a familia Bahtari originem duxit”. — Ex nominibus quae populum, virum certum, animal indicant, verba extiterunt sensus: eodem modo se gerere atque hic populus etc., ei similem esse، حشل „saltavit Aethiopum more” quod verbum transpositis litteris et بـ atque addita littera لـ ex nomine حبسن (Aethiops) est ortum. (فرعون) „similis Pharaoni” indole et moribus f.” صهيم „eodem modo quo تصهيم (dux generosus) se gessit”. فلحسن „viro id qui بـ يرقن (avarus) nominatur, similis f.” in- cessit more jumenti جذون (gravius tardiusque incedentis)” عقرب „scorpionem imitatus f” ex nom, عقرب (scorpio). Si ea verba de loco aliquo et eo quod ei simile est, adhibita sunt, sensu: „abundare animalibus quae nomine significantur” instructa sunt، دعمايص ut دعمص (aqua) veribus appellatis”. — Ex nominibus plantarum verba extiterunt quae de homine vel animali adhibita



sensum: „illas edere, colligere, ad usum praepare” habent, ut شوصل „comedit genus herbae quod شاصلاعه dicitur”. طرقوت „collegit plantam appellatam”; sin autem in his plantae ipsius ratio habetur, est sensus: „talem esse”, ut صنبور „palma f. ea quae صنبور (paucos dactylos ferens) nominatur”, si loci in quo planta est, sensus: „talem habere, emittere” est, ut عرمضن „habuit aqua algam innatantem quae عرمضن appellatur”. سنبل „spicam quae سنبلة appellatur, emisit (seges)”. — Ex nominibus regionum et urbium orta verba sesum „eas incolere” amplectuntur, ut بيرغل „incoluit regionem بغداد (propinquam ab aqua) appellatam”. بيرغل „urbem Bagdadum (بغدان) incoluit”. — Ex nominibus vestium verba sensus: eis induere, indutum esse” derivata sunt, ut تبرنس „capitio oblongiore بيرنس appellato indutus f.” — Ex nominibus morborum orta verba sensu: eis afficere, affectum esse” instructa sunt, ut برسم „pleuritide quae برسام appellatur, affecit”. Haec antem hactenus.

At non solum suis, sed etiam peregrinis nominibus quae ei occurserunt, lingua usa est, ut ex eis verba formaret. Haec nomina itaque verba, si opus fuit, sibi accommodavit. Ex Hebraico vide: ترجم „interpretatus f.” تلمذ „discipulus f.

ex Persico; دهقان „constituit agricolarum tribunum appellatum” ex nomine دهقان appellatum ex Persico پادشاه (pagus) et خان (princeps) est ortum: درم „folia nummis appellatis similia produxit malva” ex Pers. زعفران „croco tinxit vestem” ex Pers. فهرسون „indice instruxit librum” ex Pers. کوسچ „fuit vir rara praeditus barba” ex Pers. کوسه. — Occidentalium linguarum e Graeca vide deprompta: بطریک „patriarchae munere functus f.” کرنیب „edendum dedit alicui cibum appellatum”, quod nomen e Gr.  $\alpha\mu\beta\eta$  est ortum. تفليسف „philosophari”. — Ex latino „consule” quod nomen in recentioribus linguis proprium sensum nactum est, تفضل „consul f.” formatum est.

Postquam id quod de derivatione ex nominibus facta dicendum est, peregi, reliquum est, ut ea quadrilittera commemorem, quae ex pluribus verbis vel ex sententia sine ulla radicalium mutatione aut per contractionem orta sunt. Eorum vide: بذلك „absolvit computum ort. ex ف et ذلك“ quale verba conjuncta ad conclusionem introducendam in sensu „itaque“ adhibentur. تلاشی „in nihilum abiit“ ort. ex لاشی „non res, nihil“. Verba quae ex religiosis et aliis formulis contracta

sunt, sensum „eas formulas dicere“ complectuntur, ut سُبْحَانَ اللَّهِ „dixit“ بِسْمِ اللَّهِ . سُبْحَانَ اللَّهِ et سُبْحَانَ اللَّهِ . سُبْحَانَ اللَّهِ . حَمْدَ اللَّهِ i. e. accede ad precationem. حَمْدَ اللَّهِ قَبْلَكَ „dixit“ قَبْلَكَ i. e. Deus personam tuam servet.

#### ATIV

His plurilitterorum verborum generibus quae retuli, satis appareat, quantum haec in lingua valeant. Eis enim lingua proprietatem quotcunque modificationes sensus excogitari possunt, formis ejusdem verbi exprimendi adipisci potuit. Quare multas nostrarum linguarum quae in eundem finem verbis auxiliaribus vel aliis auxiliis utantur necesse est, brevitate dicendi post semet ipsam relinquit.

Bibliotheque Universitaire de Strasbourg

Collection des Annales de la Faculte de Theologie de Strasbourg

Tome 10. Année 1906. Fascicule 1.

Price 100 francs

Copies may be obtained from the Librarian, Dr. A. H. Müller, or from the Director, Prof. Dr. F. J. Strobel.

Strasbourg, January 1907.

## VITA.

Natus sum ego, Fridericus Guilelmus Schwarzlose, Berolini die VII. mensis Octobris anno hujus saeculi XXX. patre Friderico, viro privato, et matre Amalia e gente Schnoeckel. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis in Meckelburgi gymnasio Parchimensi imbutus, gymnasium Berolinense Leucophaeum quod Cel. Dr. Bellermann regit, per triennium et semestre frequentavi. Maturitatis testimonio instructus anni h. s. quinquagesimi auctummo Halas me contuli, ibique civibus academicis a rectore magnifico Ill. Volkmann adscriptus et in theologorum album ab Ill. Tholuck, t. t. Decano spectabili, relatus sum. Hac in academia, cum apud professores Ill. Tholuck et Ill. Mueller disciplinas theologicas, apud Ill. Erdmann philosophicas auscultarem, apud Ill. Roediger litteris Semiticis operam dedi.

Anno h. s. LII. tempore paschali Lipsias abii ibique ab Ill. Schilling, penes quem tunc erant fasces academicci, inter cives academicos receptus, et in philosophorum album relatus sum.

Praeceptores quibus dissenserentibus Lipsiis auscultavi, sunt hi: Ill. Fleischer, cuius scholis arabicis, persicis, turcicis, Ill. Brockhaus cuius sanscritis, Ill. Roscher et Cel. Lindner, quorum philosophicis interfui.

Quibus omnibus viris, optime de me meritis, maximas, quam possum, gratias ago semperque habeo.

Triennio absoluto tempore auctumnali anni h. s. LIII. hanc almam litterarum sedem petii, atque ab Ill. Stahl, rectore magnifico, ciyibus adscriptus apud Ill. Eucke, t. t. philosophorum decanum spectatissimum, nomen professus sum.

Hac in academia examine philosophico superato spero fore ut dissertatione et thesibus publice defensis summi in philosophia honores in me conferantur.

506!



anno p. a. III. templa. beselphi. Lipsiae  
 sibi ipide p. a. III. p. d. p. d. denuo fato  
 cetera tesseris. cetera tesseris. m. l. r. a. ademius  
 cetera tesseris. et in h. p. s. o. g. p. o. n. s. l. i. s. i. n. s. n.  
 p. t. c. e. c. b. j. o. r. e. d. i. p. p. e. q. i. s. t. u. l. i. p. p. e. P. l. i. s. i. e.  
 s. h. o. c. h. t. a. l. i. s. s. n. l. i. p. p. e. l. i. p. p. e. c. u. t. i. s. t. a. e. c. u. t. i. s. t. a. e.  
**THESES.**  
 s. a. n. s. c. h. i. s. i. z. s. s. n. l. i. p. p. e. l. i. p. p. e. c. u. t. i. s. t. a. e. c. u. t. i. s. t. a. e.

1. In generalibus linguarum Semiticarum quaestionibus ad Arabicam redendum est.
2. Per multa elementa Arabica in litteras Persicas recepta imprimis Muhammedi religione assumta explicari possunt.
3. Omnium populorum Judaei, Graeci, Germani plurimam ad genus humanum excollendum vim habuere.
4. Principium historiae philosophiae est Thales.
5. Muhammadanis Arabibus non utrumque, sed unum modo jus fuit.





D: Se 715

**ULB Halle**  
000 872 180

3/1



